

TRINUNI OMNIJUM INDUPE-  
RATORI,  
**DEO CELSISSIMO,**

*Domino ac Patri clementissimo nostro,  
SERENISSIMAM atq; POTENTISSIMAM  
ELECTORATUS BRANDENBURGICI*

SEDEM

Serenissimo itidem, tenello

nec non oculissimo

HÆREDE,

ipsâ ascensionis Dominicæ luce,

ANNO M DC XLIX.

ditanti,

PRAECONIA & GRATES,

*in Electoralis Viadrinae*

*cætu,*

Oratiunculâ brevi, sexto Junii die,

*de promebat*

M. GOTTLIEB PELARGUS,  
Professor Publicus.

---

*Ex primebat typus*

NICOLAI KOCHII,  
*Academie Typographi.*

list. Boruss.

251,32

**S**Pes votumq; soli patrii, cui limine primo  
Vita inter vivos cunabula collocat alma,  
A litibus populo toti procede secundis!  
Te nascente ferax lato Germania traclu  
induat auspiciis sese melioribus, opto,  
Loricam mutare togâ, gestare secures  
laurigeras dextrâ pacatâ gaudet orbis.  
**C**resce celer, celebris rege quondam: Vive sed annos  
Nestoris ipse senis. **G**ENITORIS splendida vita  
interea longo (cum Compare) flamine constet.  
**S**it Domus, à Brenno quæ dicta est, prospera, fausta;  
**S**it Domus Uranii quoq; stemmatis ampla, vigensque!

M. G. P.

Agnifice Domine Rector,  
Spectabiles Domini Decani,  
ceteriq; admodum Reverē-  
di, Amplissimi, Cōsultissimi,  
Experiētissimi, Excellentissimi,  
Clarissimi Viri, Juve-  
nes Nobilissimi, florētissimi.

Quād dura provinciæ subeundæ artus meos ho-  
diē submiserim, ut exquisitè sentio, ita ingenuè  
profiteor. Qui enim nunc Ei gratitudine ver-  
borum assurgere constitui, coram cuius Maje-  
state ineffabili vel disertissima Angelorum lin-  
gua nil, nisi balbutiens infantia ac infantilis bal-  
buties est, quomodo non toto vultu, accedens,  
pallore inalbescam? Qui pro re multò Sere-  
nissima grates fusurus adsum, cuinam verbo-  
rum aptitudini me accingere noverim ego?  
Nam quemadmodum, Philosophorum splendor,  
Aristoteles, regalem purpuram regali itidem e. Arist. Rheto-  
loquentiā, ab ipso rege, condecorandam esse, ric. ad Alexan-  
Macedonico illiregi inculcabat: sic deregere. drum cap. 1.  
gali, de Principe etiam principali facundia ap-  
paratu agendum esse, quis non mecum persua-  
sum habebit? Hac sunt quæ primâ fron-  
te frontem mibi haud exiguis tricis obnubilant.

Sed tandem, ubicum ipso Plinio pagano at-  
tendo, diis (vel potius vero Deo) gratiorem

Plinius Secundus in Paneg. Traj. pag. 4. *esse qui puram castamq; mentem, quām qui me-  
ditatū carmen intuterit; Cūm in super, juxta  
Christianū & pleniore maturitate incoctum Salv.  
Salv. in prefat. viani judicium atq; aestimum, Mens bonis stu-  
g. libror. de Guber. Deip. 3. dii ac pii voti, etiam si effectum non invenerit  
cœpti operis, habeat tamen præmium volunta-  
tis: resumptis paulisper viribus, animum ite-  
rum commasculo; rem pii studii esse arbitrans,  
*Academicas etiam Lycea, inter aliorum ap-  
plausus, sibi gratisiendo loqui, ac potius jejunè  
loquendo grates exprimere, quām silendo bene-  
ficia Altissimi, ingratitudinis sibi inurere notam.*  
*Sicut namq; secundum aureum illud ac Cedro*  
Ennodius lib. 1. Epist. 23. pag. 36. *dignum, Muta charitas pænè repræsentat speci-  
em non amantis: pari ratione, muta literati  
statūs observantia repræsentare videtur speciem  
non observantis, sive non grato animo vene-  
rantis.**

*Postquam ergo divina misericordia Patri-  
os limites nuper desideratissimo HÆREDE  
latificavit, de quo jam non amplius obscurus  
rum sculus, sed manifesta fama est; injuriis  
in officium meum mihi esse viderer, nisi tenui  
Orationis meæ filo gratias Regi summo in publis-  
eo Auditorio texere tentarem. Istud cūm fa-  
cere contendō, fiduciam addit conatui meo jam  
multis experimentis vestra à me explorata be-  
nevo-*

nevolentia; quam etiamnum desideriis summis percupio, rogatu officioso peto. Eò autem breviore telâ subtegmen sermonis ordinar I' ducam, quæ plures remora hodie meditanti mibi scripturientem calamum excusserunt, ansamq; ornatiūs dicendi præciderunt.

Et quò promptiore encomio Numinis gratias exsolvamus, ipse Jehova mentem instruat, lingua excolat, vocem in verbadigna concidat.

Ad Gratitudinis nunc argumentum inquirendum non flexuoso itinere ultima Thule (didente Poëtâ) per vestiganda erit: ultrò argumenti vis conspectui obviām s̄istitur, si tantum bonorum cumulum in uno bono Principi e reside-re attendas, quantum Gargara segetis, juxta proverbium, obtinent. Quid Reipublicæ præstabilius Salute publica? que ultimus omnibus Politicis scopus existit. Quid utilius Pace & concordiâ est? sine qua salus nulla consistit. In qua utraq; nihil non boni publici atq; privati contineri contemplamur: Quam utramq; usq; adeo antiquitas devenerata fuit, ut, singularis amoris I' memoria ergò, tum saluti tum Paci columnas, imò templa, exstruere nequaquam dubitârit. Quapropter nec vulgari encomio cumulatur, ab historicis, Romanorum Imperator, Augustus, qui pecunia à Senatu & populo

*ad ejus imagines faciendas collatâ, sui nullam  
Zonaras Tom. imaginem erexit; sed publicæ Salutis, concor-  
diæ & pacis statuas, fecit: cuius rei testis vel  
unus Zonaras sufficiens esse poterit. Sed quid  
de iis asseremus, quos Digesta sacra quas vivas  
Columnas in medium producunt? (De Prin-  
cipibus, Regibus aliisq; Dominantibus piis mi-  
hi sermo est:) Quos ipse inter reges splendi-  
dissimus David, rex, tali eloquio à summo Jecho-  
va describi testatur: Liquefiebattera, & ha-  
bitatores ejus: Ego uero dixeri columnas e-  
jus. Has jure optimo dixeris statuas Salu-  
tis, columnas Pacis verissimas & solidæ quic-  
tis, ac propterea omnigenæ bonitatis funda-  
menta. Cùm veterum erectæ columnæ nu-  
da saltem Salutis nomina, umbra atq; tenebro-  
sa monumenta fuerint certissimæ. Vastissimæ  
terræ molem super nihilum suspendi, Jobi scien-  
tissima indago pervidebat: Cælum, cuius ma-  
teria terreno orbe quidem miris modis levior est,  
quod extensione autem longè Tellure capacius  
est, nullis omnino fulcrorum adminiculis suspen-  
tatur: Regni uero ambitus, civiliter spectatus,  
nisi tibicine certo fultus subsistat, pondere suo  
corruit, gravitate suâ decidit, interit. Quam  
ob causam haud stultè sapere videtur magnus  
ille rerum Theologicarum scriptor, Gregorius  
Magnus*

2. Annal pag.  
165. sub tit.  
Aug.

Psalm. 75. v. 4,

Job. 26. v. 7.

Magnus, ipsis Politicorum collegiis explicatio-  
nem ad manus suppeditans, ubi, secundum ipsius  
politissimū judicium, βασιλεὺς, sive rex, dicitur,  
quasi βασις λαζ, hoc est, basis populi; quia vi-  
delicet ipse super se populum pancretice sustinet;  
Addas recte, quia populi quoq; salutem ac sta-  
tum tranquillum sustinet. Perspiciamus ne-  
gotium accuratiū. Pacem, ut rem intrafor-  
tes varias pendulam & semper difficultate suā  
ruinam minantem, modò intestinæ subditorum  
machinæ, modò externæ gentium insidiæ, modò  
à dextra, modò à sinistra insurgentes vires, qua-  
tefacere consueverunt. Hic si fulcimenta re-  
gionum, Regentes, inquam, desint, pax diffri-  
gitur, misere dissilit inq profundum cadit. Ex-  
empla, quoniam odia interdum pariunt, ex Eu-  
ropais nonnullis tractibus advehere supersedeo,  
in quibus dum de potissima columna, quā re-  
gnū stabiliri debet, alter alterum non levi, ut  
dicitur brachio obiurgat; sed gravi satis & ar-  
matâ manu monet, mera rupturæ, scissuræ ac  
interitiones deprehenduntur. Omnis deniq sa-  
lus quantâ perniciitate in perniciem delabatur,  
non substratâ Magistratūs fulturâ, notissimum  
exstat. Nullis igitur non Imperantium ner-  
vis contrâ eundum, cunctis insuper artubus,  
**Constantinum Magnum affirmare solitum An-**  
**nales**

Zonaras tomus  
3. Annal. sub  
tit. Constanti-  
pag. 19.

males quorundam referunt, Imperatori nemini omnium, ne suis quidem propriis membris parere debere, publicæ tranquillitatis conservandæ causâ. Id quod quomodo à justis Principibus observetur, membratim dispiciemus. Quemadmodum enim à vera & ab immobili statua nihil differt, quicunq; commodo subditorum invigilare pigratur: ita illæ verè animatæ columnæ animatas ac mobiles sese esse, singulis fermè membris indicant. Oculi, pie Dominantis, quando, in salutem reipublicæ communem, curam suam intendere desinunt? Aures quando opplorantibus clausæ sunt? crebro sibi ipsis occlamantes præmonitionem, quam multa illa Adriano, Imperatori, in os audacula dicere tentabat. Nam cùm Adrianus præteriens interpellanti fæmina respondisset, sibi non esse otium, ista exclamare cœpit; Ergo imperare noli. Manus, cum Alexandri Mace- donis dextera, in auxilia, vel vilissimo præstan- da, semper exerte sunt. Deniq; nihil sibi reliqui facit bonus Imperans, qui totus utilitati subditorum impendatur. Quoties itaq; novos Principes Regioni datos ac natos conspicis, toutes novo Salutiferæ Pacis ac Paciferæ salutis statumine oras corroboratas existimaveris. Sicut ipsa profectò natura penillum patriæ nos træolumen

Zonaras remo  
2. Annal. p.  
203. sub tit.  
Adriani.

lumen, Principem ac Hæredem Marchiaæ Se-  
renissimum, amabilissimum, ad omnem virtu-  
tem finxit. Unde salutem indubitatam Mar-  
chicis spondemus finibus. Pro quo bono atq;  
dono, Deo gloriose gubernanti gloria infini-  
tis seculis dilatata sit! Deo reges transferenti,  
Dan. 2. v. 21.  
& constituenti reges eidem Deo nostro! Ex-  
tra quem nemo ac nihil eosdem constituit aut  
constituere potens est. Regem esse, à fortu-  
na plerumq; datur: (vox erat Ferdinandi A-  
ragonii, Neapolitanorum regis apud Franci-  
scum Guicciardinum: ) Verùm, eum regem  
esse (pergebat,) qui salutem ac felicitatem suo-  
rum civium, quasi unicum regnandi finem, re-  
bus omnibus anteponat, id ab ipso tantum atq; à  
propria virtute proficiscitur. Ast enim verò,  
quam longis spatiis, recessibus & diverticulis  
rex iste Aragonius à regia veritatis via absit,  
quis videns non viderit? Exclusa fortunâ,  
rejecta propriâ virtute, soli Numini acceptum  
ferendum est, & quod rex institutus, & quod  
bonus aliquis fuerit regnator. Libremus impen-  
sus, quot quantisque catenatis offensis, cæli cælo-  
rum Dominum adversus jugula nostra in iram a-  
cerbissimam provocaverimus hactenùs constan-  
tissime; ut non immerito omnes ubiq; regio-  
nes

B

Franc. Guie-  
ciard. lib. I.  
histor. Italie  
pag. 47.

nes reddiderit tremulas atq; nutantes, imò at  
causa multum excitatum Jehova fuerit, evel-  
lendi penitus columnas ac evertendi cuncta  
funditus pedamenta catarum nationum.  
Suâ autem victus miseratione, tamen haud in  
totam ruinam patrium solum deturbavit, pra-  
cipitavit, coarctavit. Magnum ergo cle-  
mentia specimen apparere intelligimus, quòd,  
cùm Altissimus mille irascendi causas in prom-  
ptu ac numerato habuerit, nullus tamen terram  
nostram omni denudare fulcro animum induxe-  
rit: Majus, quòd Columnam regionis nostræ  
salvam, sartam teclam ac incolumem servare  
benevolentissimo brachio dignatus sit: Maxi-  
mum, quòd novâ insuper columellâ Patriam  
condecorare ac confirmare aggressus fuerit spe-  
Etatissime. Repeto; Suâ ipsius misericordia  
stimulatus id nobis exhibuit. Addo; Suâ  
ipsius gloriâ excitatus hoc præstítit, quòd nomen  
sanctum suum nulli nongenti gloriosum detege-  
ret, ostenderet. Haud secus atq; olim Israe-  
litis opem pollicebatur, non alio fine, nisi sui in  
nominis honorem debitum. Qua de materia  
diplomatæ divina, Ezechielis vaticinio deprom-  
pta, plenissimè loquuntur. Textum si perci-  
pere libet, majestate refertissimum audiemus.

Cle-

Clementiā usus sum propter nōmen sanctitatis  
mēx, quod profanant domus Israēlis in genti- Ezech. 36. 7.  
bus, quō venerunt. Idcirco dic domui Israēl.<sup>21, 22, & 23.</sup>  
lis, sic ait Dominus Jehova; non propter vos  
ego facturus sum, ô domus Israēlis; sed pro-  
pter nomen sanctitatis mēx, quod profanāstis  
apud gentes, quō venistis. Ut sanctificem  
nomen meum maximum, quod profanatum  
fuit in gentibus, quod profanatis in medio ea-  
rum; ut scianr gentes, me esse Jehovah, di-  
ctum Domini Jehova, cùm sanctificabo me in  
vobis ante oculos earum.

Quare tuo nomini, ô Deus sanctissime,  
gloria sit celissima! qui non modò nobis  
pepercisti; sed novo porrò bono Politiam no-  
stram exhilarāsti: Honor tuus omnium linguis  
prædicetur, nullis seculis terminetur!

*Accinat nobiscum omnia Christianare-  
gna, omnes provinciæ, ditiones, principatus,  
in quos muneric nostrinovi commodum redun-  
dat. Quid enim non commune est, quod  
natura optimum fecit? exclamante Ethnici*  
Petrō. Arbiter  
in Satyr. pag.  
mibi 54.  
*illius, alias spurci, optimâ sententiâ. Præ-  
sertim verò nobiscum vicinia, doni tanti parti-  
ceps facta, ovet. Nam et si limites ac terri-  
toria tam accuratamensurâ politicâ se jungâtur,*

ut summus & theris Imperator ipse ne transver-  
sum quidem digitum fines confundendos velit,  
exemplo Israëlitica turbæ, quam severo satis  
Deuter. 2. v. 5. mandato retrahebat, ne in filiorum Esavi ter-  
minos vel vestigium plantæ excederet, sic in-  
terminando; Non daturus sum vobis de terra  
eorum vel vestigium plantæ pedis: Nihil in-  
terea prohibet, quò minus fructus, Dominato-  
rum bonorum, proximos quoq; limites transfili-  
at, & torrentis instar, exuberet in vicinos.  
Esto; nullos aliosex HÆREDE Electorali,  
super suborto, fructus ad vicinas sedes excur-  
rere ac promanare, prater linea & sanguinisque  
Electoralis productiorem continuationem:  
Fructus tamen iste tantus est, quantum facun-  
dia nulla exprimere, nedum noverit exornare.  
Nam, quòd si, intra statum œconomicum, vi-  
cinus ideo auctam sobole hæreditatem vicini  
gaudet, quia sibi certò spondere potest, mox fu-  
turum, ut, sicut heres, vicino progenitus, san-  
guine parenti equalis est, pacificis etiam mori-  
bus eidem evasurus sit equalis; atq; hoc mo-  
do in abrupta totius vicinia tranquillitas sit per-  
mansura: Quòd si, inquam, conditio œco-  
nomica sic ratiocinatur; quid non concludere  
poterit vicinarum regionum prudentia Politica,  
in

in felici Magnatum propagatione? Quanto  
usui a commodo alias Marchiones Brandenbur-  
gici Romano Imperio nunquam non extiterint,  
explicare jam nolo, cum aliis orationibus, non  
ita pridem peractum meminerim. Quam lon-  
gè latèq; in plurimas ditiones exempla laudati-  
simæ sua Gubernationis sparserint, ut reliquos  
taceam, unum Althamerum evolventes inter-  
rogemus, qui de Georgio, Marchione Branden-  
burgico, prolixas elogii periodos, ita scribendo;  
concinnavit; Hinc nostrorum Marchionum Andreas Al-  
hamerus in-  
Tacitum pag.  
m. 61.  
appellatio, quod principes sint & Marchiam  
administrent. Unde etiam Tibi, Illustriſſi-  
me Princeps, hæreditarium nomen, quod Mar-  
cam, id est, non minimum Germaniæ distri-  
ctum & provinciam sanctè gubernes; ut sa-  
pius optem Germaniæ multos ejusmodi Marchio-  
nes ac principes, qui æquitate polleant, legum di-  
vinarum sint periti, & prudenter vigilent, ut suæ  
Marcæ, hoc est, ditionis hominibus probè consultum  
sit. Laudo tuum Christianum pectus, æqui-  
tatem & iustitiam probare non desinam. Sic  
Althamerus. Ego hoc saltem non possum non  
repetere, pro nostro hodierno & tam exoptato  
Hæreditatis Brandenburgicæ efflorescēte surcu-  
lo, spem fructūs circum circa promittente, Deo

B 3

Trin.

Trinunti iterum atq; iterum gloria, laus & ho-  
nor sit!

Prospiciamus, an temporis commoditas,  
quâ spes nostra Brandenburgica effluit, grati  
quid ominari sufficiat? Cui puer in pla-  
teis colludenti, cui tabellario in trivis decur-  
renti, cui operario in officina laboranti, cui nu-  
gatori circumvago, cui heluoni in popinis lur-  
canti, ignotum esse crediderim, praesenti tem-  
pore multijugis paginis, verbosissimis sermoni-  
bus percrebescere nuntium, quo pacto, qui pa-  
cem parturiunt, pacem fermè ad umbilicum  
deduxerint; pacemq; ne distorta aut monstro-  
sa in lucem prodeat, animosè satisfaciendo, ju-  
vare contendant. Hâc ipsâ temporis oppor-  
tunitate, appositè, fausto puerperio, latissimo  
sydere oritur, de quo totum thema nostrum agit,  
Marchici spatii lumen, Princeps dulcissimus.  
Fallor? num divinare licet, quem tot pacis  
nuntii præcesserunt, comitantur & sequuntur,  
eum mero quietis studio, mero concordia eum-  
bone subjectos sibi populos obumbraturum esse  
fidelissime? Nequaquam pigebit interposuisse,  
Mart. Crusius in paralipome-  
no rerum Sve-  
vicarum libro, qui Dodecadi-  
tertiae Annali que Annalium Svevorum scriptor, Martinus  
Crusius, quodam in loco assignata, posteritatire-  
liquit, exposuit: quando & ortum Marchio-  
num

annexus  
est pag. 4.

num Brandenburgensium ex Zollerensi familia  
dedurit, & Zollerenses plerumq; pacis divites  
nomine delectatos statuit. Verbis ipsius inher-  
ebimus: Delectatur, ait, familia Zollerensis  
nomine Friderici; ut omnes hi fratres inter  
se habent (sicut ait Godefridus à Ramingen.)  
Fridericus, Episcopus Augustanus: Eitelsri-  
dericus, Cameræ præses: Friderich Eitelsri-  
derich, præfector rei maritimæ in Belgio: &  
Fridericus Joannes, atq; Fridericus Albertus.  
*Hactenus Crisius narrata.* Nostrum sit, ita ju-  
dicando procedere; Amor pacis in Atavis &  
Antecessoribus, non defervescet in Atnepotibus  
& succedentibus. Tempus nunc adesse cer-  
nimus, quo formosissimus annus; quo vernus  
decor plusquam Apellis colore, Zeuxis nitore,  
orbem terrenum expoliat; tapetis veluti,  
campos vestiat: Ubi arbusta frondescunt, pra-  
ta virescunt, horti singuli florescunt, omnia cre-  
scunt atq; succrescunt. Non somnium hic Asty-  
agis regis offertur, qui dormitando viderat ex-  
uterofilia, quam unicam habebat, vitem ena-  
tam, cuius palmito omnis Asia obumbraretur. Justinus lib. 1.  
Consulti tunc harioli, ex eadem filia nepotem  
ei futurum, cuius magnitudo prænunciaretur,  
responderunt. Haud sanè stertentibus no-  
bis, sed vigilantibus, quocunq; oculos vertas,  
omina,

omina; in manus fermè, palpanda traduntur; ex quibus datur præcognoscere futuram olim magnitudinem florentissimi ramuli patriæ, sub quo universa florebunt. Florebit, tanquam in horti amoenitate, *Heliotropium obsequii*: vigebit fragrantia optimarum virtutum: crescit opulentia generis varii: eradicabitur lolium vitiorum, extirpabuntur urticae malorum: ubi Zephyri erit verna suavitas, frustibus tamen & astas, uberrimaq; autumnitas, nulla hyemis aut Boreæ frigidæ asperitas. Mos & consuetudo historicis inveterata est, ad calculum revocare, ad digitos supputare, circa natalicias Magnatum dies, omnes circumstantias, res gestas, miracula, aliaque observanda; ut legentibus augurium inde eliciendum relinquant. Nos istic potius sancti optamus, quam profani auguramur. Optamus itaque precibus intentissimis, ut, cùm ipsâ Ascensionis Domini anniversariâ solennitate PRINCEPS mundana lumina primò aspicerit, quâ mundi Salvator Evangelii prædicatores in spatiōsum terræ ambitum dimittendos esse prædixit, ut, inquam, prædicato verbo alacer innutriatur, prædicantibus impiger adjumenta suppeditet, religione puriore incalescat, mentemque sursum perpetuò dirigat, ubi Christum degere Scriptura

ra

ra edocuit, in cœlica regna assumptum. Id  
dum exoptamus, simul speramus, Tibiq; rur-  
sus intimis visceribus conceptas grates exsol-  
vimus, Deus immense, potentissime!

Margites & stipes dici mereretur, non a-  
nimadvertens providentissimam celsissimi Nu-  
minis curam, clementiam ac sapientiam singulari  
temperatam, in aperienda occasione connubii  
Electoris nostri Serenissimi, Domini Clemen-  
tissimi. Nam ut aspectu suo amabilissimam  
ac Serenissimam Sponlam, ex Uraniensium  
Domo Gloriosissima, de Belgio meritissima,  
oriundam, magis magisq; ambiret; expedi-  
tio Ipsi cœlitùs obtrudebatur, quæ Eundem in  
Belgica evocaret loca. Hic tandem Ille Ge-  
nitus, quem osculis amplectimur subjectissimis.  
Genitus intra Belgicam gentem; gentem va-  
ria doctam, vinci saltem ac succumbere nesci-  
am: Gentem, quæ in literis armata, in armis  
literata; inter arma & literas plurimis vir-  
tutum plurimarum usibus excultissima est.

In cuius laudes dum effusis paupertini in-  
genii mei fontibus erumpere conor, lacteo La-  
ciantii monito obstrerente sufflaminatus pede me-  
ritò figo, qui flumine dulcoris sui in talem discur-  
rit formam; Minuit laudem, qui partem laudat

Lactant.lib.de  
falsa sapientia  
cap.14. p. 216.

C

ex

extoto. Nam licet integradi es clogio Belgarum decantando consecranda foret; angustia nibilominus temporis nos tantoperè excludit sentiremus, ut ne millesimam quidem laudis dignæ partem in medium à nobis productam fuisse ultrò confiteri cogeremur. Quare, ne partē laudando, laudibus aliquid decerpamus, totum cum parte potius tacendo prætereamus, ad portum & finem properantes.

Quis demirari satis queat inexhausti consilii cœlestis processum benevolentissimum, ac benevolentiam prudentissimam? sive metiamur loca, ubi terrimum Patriæ corculum nobis productum atq; natum; sive quomo-  
do datum; sive quo tempore donatum; si-  
ve quam multis usurpatris concessum; sive  
à quo tradente traditum; sive quantum ipsum  
ipsius dati atq; donati pondus sit. Quocun-  
que demum imbecillitatis res declinet aut laba-  
tur; Quod rimari nequimus, demirari haud  
valemus, ornate exaggerare non potentes su-  
mus, id grato tamen ore, gratiole corde, ex-  
tollemus.

Ad tui itaq; Solii scabellum nunc proster-  
nimur, Dominatorum Domine verè invictissime!  
Tibi grates deferimus, quas angustia  
mentis

mentis humanæ concipere potest, maximas, æternas; quod; cùm quædam Imperia sint quasi greges sine Pastore, quasi corpus sine Capite, ceu structura sine statumine; Tu tamen nostris provinciis Columnas duas splendissimas subdere volueris omnino paterno affectu: quarum celebritas vel ultra remotissimas Herculis Columnas seu statuas protendetur.

Tibi, laus, honor & gloria! *David* Psal. 148. v. 3.

*dem interim, vatem regium, imitabimur, qui, postquam solâ luce orationis suæ se laudes tuas illuminare non satis posse senserat; Solis atq; astrorum lumina nobilissima in subsidium vocabat, devotis votis vociferando: Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ lucidæ! Quia enim inter omnia creationis opera corporea in mundo Sol & astra corpora pretiosissima sunt; adeo, ut, dicente Nicephoro Gregorâ, nemo in hunc usque diem, secundum ligationum leges, palam Solis pulchritudinem & magnitudinem & jucunditatem celebrare ausus sit: Nam cùm nihil sit in orbe, cum quo conferri possit, multum abesse inquit, ut quisquam perspicue de eo dicat: Idcirco haud iniquus David est, qui ad ejus rei laudes, laudes divinas, tandem remittit, qua res laudatissima, imò*

Niceph. Greg.  
lib. 8. pag. 156.

*imò omni laude major est.    Äquali ratione  
nos cogimur Phœbi decore irradiare, imò altis-  
simi cœli illustrare lumine, quod nostro haud va-  
leamus.   Te laudent ( Deus ) cum astris simul  
Angeli & cœlorum cœli.   Fac, pro hoc a-  
lioq; beneficij specimine, Te olim in superis  
laudemus beati.   Conserva, quæ dedisti, Pa-  
triæ firmamenta.   Panacea virtutis tuæ GENI-  
TRICÆ Serenissimam corroboret;   Exube-  
rent Ipsi cunctæ bonorum copiæ.   Columnis  
insultantes adversarios averte; morborum tem-  
pestates ab iisdem fulturis depelle; Serenissimos  
Patriæ Protectores, cum Conjuge ac Matre sua-  
vissima, reduces siste; nosq; omnigena  
prosperitate beare perge.*



H 20 mm. 251/32